

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Prelacio cm

cum fontibus proximo et primis

Prelacio simulacionem aperit.

Illis enim difficile est in potestatibus temperare
qui per ambitionem se esse probos simulauere.
Sunt enim non ex animo sed ex fortuna modo humiles,
modo elati.

Omnium enim rerum nichil ad prelaciones
tenendas melius quam diligi, nec alienus quam timeri.

Tucius est uolentibus quam coactis imperare.

Tullius in sua rhetorica.

Secunda uero causa est quia simulationem aperit.

Illis enim difficile est in potestatibus temperare
qui per ambitionem sese probos simulauere.
Sunt enim multi non ex animo sed ex fortuna modo humiles,
modo elati,

iuxta illud: Profecto sic est:
omnibus nobis ut res se dant, ita magni atque humiles sumus.
Prelati itaque sit officium studia multitudinis ad suas utilitates allicere.

Omnium enim rerum nec aptius quicquam ad prelaciones
tenendas quam diligi, nec alienius quam timeri.

Tutius est enim uolentibus quam coactis imperare.

Pseudo-Guillemus de Conchis, *Moralium dogma philosophorum*,
III.C.2 (J. Holmberg ed., p.65, ll.10-18).

illis difficile est in potestatibus temperare,
qui per ambitionem sese probos simulauere;
mihi, qui omnem aetatem in optumis artibus egi,
bene facere iam ex consuetudine in naturam vortit.

Caius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 85.9
(A. Kurfess ed., p.120, ll.6-9).

Omnium autem rerum nec aptius est quicquam ad opes
tuendas ac tenendas quam diligi nec alienius quam timeri.

Marcus Tullius Cicero, *De officiis*, 2.23
(M. Winterbottom ed., p.77, ll.8-10).

ad hoc populo Romano iam a principio imperi
melius visum amicos quam servos quaerere,
tutiusque rati volentibus quam coactis imperitare.

Caius Sallustius Crispus, *De bello Iugurthino*, 102.6
(A. Kurfess ed., p.137, ll.26-28).